Un retour à la vie inquiétant – p. 112

Protinus astrictus caluit cruor atraque fovit vulnera et in venas extremaque membra cucurrit. Percussae gelido trepidant sub pectore fibrae, et nova desuetis subrepens vita medullis miscetur morti. Tunc omnis palpitat artus, tenduntur nervi ; nec se tellure cadaver paulatim per membra levat, terraque repulsum est erectumque semel. Distento lumina rictu nudantur. Nondum facies viventis in illo, jam morientis erat : remanet pallorque rigorque, et stupet inlatus mundo. Sed murmure nullo ora astricta sonant.

LUCAIN, *La Pharsale*, VI, 750-761.

© Nathan – 25 avenue Pierre de Coubertin 75013 Paris – 2015